Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



October

deficere. beatum vero Kalistum per fenestram domus precipitari
et ligato ad collum eius saxo in puteum dimergi. et in eum
prunam cumulari. Post dies vero xiiij. presbiter eius Asterius
cum clericis noctu veniens leuauit corpus et sepeliuit.
in cimiterio calepodij. Corduba ciuitate s. Lupi au
relie. Lugduno gallie transitus Justi in heremo.
Eodem die translatio s. Burchardi primi episcopi Erbipolen.
288 In gallia apud Coloniam agrippinam sanctorum Mauro
de militibus qui ex illa legione sacra thebeorum cum essent
ducenti xl. apud eandem urbem martirium consummantes con
diti sunt in basilica que admirabili opere ex musiuo
quodammodo deaurata resplendet. Unde et incole ad
sanctos aureos vocitare consueuerunt. Vienne sanctorum
episcoporum Agrati Castori. In Capua Libule et sancte
Fortunate. Apud Affricam. 360. martirum qui tempore persecu
cionis vandalice post multa tormenta exilij relega
cione vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum
inter spinosa loca siluarum iussi sunt pariter interire.
289 B Depositio beati Galli abbatis qui a parentibus suis nobi
libus sancto Columbano est traditus. qui apud hyberniam
famosus erat. et sancte vite. ut ipsum gallum instrueret.
qui cotidie profecit in vita sancta et moribus. Venientes
autem in almaniam videns sanctus Columbanus sanctum Gallum
bone indolis. prouehi eum fecit ad sacerdotij gradum. post
hoc sanctus Columbanus ytaliam intrauit. Gallus vero in dio
cesi et territorio simulachra gentilium eliminauit.
et plures homines ad fidem conuertit. Item sancto Gallo in mari
Alimanico piscante de vertice montis demon cla
mauit demoni in lacu latitanti. Adiuua ut gallum cum
suis eiciamus de nostris finibus. Respondit demon. hoc non
possum. quia Christus et eius angeli hunc defendunt. Quibus
gallus. Coniuro vos per ihesum xpm ut hijs de finibus re
cedatis et nullum ledatis. Et mox dire voces demonum
recedentibus sunt audite. Ob hoc instigante demone.